



DISSERTATIO
JURIDICO - INAUGURALIS
DE
CONSENSU FEUDALI

QUAM
UNA CUM SELECTIS POSITIONIBUS
ADJUVANTE DIVINO NUMINE
IN
ALMA, & ANTIQUISSIMA ELECTORALI-PALATINA
UNIVERSITATE HEIDELBERGENSI

PRAESIDE
JOANNE THADDAEO MÜLLER,
U. J. D. SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI ELECTORIS PALATINI
CELSISSIMI REGIMINIS CONSILIARIO, EJUSDEMQUE
UNIVERSITATIS PROFESSORE PUBL. & ORD.,
CONSULTISSIMAE FACULTATIS H. T. DECANO

PRO LICENTIA
SUMMOS JURIS HONORES, AC PRIVILEGIA DOCTORALIA
CONSEQUENDI
AMICAE DISPUTATIONI SUBMITTIT

JOANNES ALOYSIUS SIMON ROELL
BIBERGAVIO-FRANCO-HERBIPOLITANUS,
IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI
AD DIEM XVIII JANUAR. ANNO R. S. MDCCCLXXXII.

TYPIS Joannis Baptist. WIESEN, Universitatis Typographi.

REVERENDISSIMO,

PERILLUSTRI,

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DOMINO

JOANNI, GODEFRIDO,
LOTHAR. FRANCISCO

EX

SALICA FRANCORUM ORIENTALIUM MILITARI,

EQUESTRI,

IMMORTALIS MEMORIAE EPISCOPORUM, DUCUM^{que} FRANCONIAE

PARENTE FAMILIA

S. R. I.

LIBERO BARONI DE GREIFENKLAU

IN

VOLLRA THS,

DOMINO

IN GEREUTH, GUNDHEIM & RECKENDORF &c.

ECCLESIARUM

CATHEDRALIS WIRCEBURGENSIS, ILLUSTRIS &
EQUESTRIS COMBURGENSIS, NEC NON PERIN-
SIGNIS COLLEGIATAE HERBIPOLI IN HAUGIS,
RESPECTIVE

CAPITULARI,
DECANO,
PRAEPOSITO

UBIQUE ILLUSTRISSIMO,
MUSARUM HUMANIORUM, ac SUPERIORUM

LUMINI,
PATRONO,
AMORI,

CULTORI,
FAUTORI,

MAECENATI,

DOMINO DOMINO SUO,
PERQUAM GRATIOSO

SE, SUUMQUE QUALEM QUALEM CONATUM JURIDICUM

D. D. D.

Clientum, subditorum, servulorum infimus
JOANNES ALOYSIUS SIMON ROELL.



DISSERTATIO JURIDICO-INAUGURALIS
DE
CONSENSU FEUDALI.

INGRESSUS.

§. I.

Historiam, & originem feudorum a rei natæ incubulis non meditatur. (a) FEUDUM, si pro jure capiatur (b), est utile dominium reservato dominio directo, alteri sub obligatione fidelitatis specialis concessum. Si pro re sumamus, est res dicto modo in dominium utile concessa (c). Pro causa dum concipis, est contractus de dominio utili, reservato directo, alteri concedendo sub nexu specialis fidelitatis. Dominus feudi est, penes quem directum, & Vasallus, penes quem utile est

Quid, & quot
significatus
To feudum?

A

domi-

dominium. Quæ intuitu feudi debetur fidelitas, ea *feudalis* audit.

(a) Qui originem & progressum fufus legere amat, placeat Jo. GUILLIELM ITTER *de feudis Imperii caput I*, CHRISTIAN THOMASII *selecta capita hiftoriæ Juris feudalis germanici* evolvere. Aut textum *I feud. I* meditari.

(b) *I feud. 25, II feud. I. § I. II feud. 33.*

(c) *I feud. 6. §. 2, I feud. 26, II feud. 22. 28. 52.*

§. II.

Feudum in
nostro Impe-
rio quotu-
plex?

Feudum vel est PUBLICUM, *cujus dominium directum est penes Rempublicam, ejusque Imperantem.* In Germania huc pertinent I FEUDA IMPERII, *quorum dominium directum competit Imperio, eoque nomine simul Imperatori.* II PROVINCIALIA, *quorum dominium directum spectat ad territorium, & ad territorii dominum (a), vel est PRIVATUM, cujus dominium directum est privati, etiam persone moralis veluti universitatis.* Interim res aut non est feudum, aut dominium inter dominum & vasallum dicto modo est *divisum.*

(a) JO ADAM KOPF *Proben des deutschen Lehnrechts. part. II. obs. 2. 5.* ILL. SENKENBERG *Jur. feud. prim. lin. in adj. N. X. XVIII & XLVIII.*

§. III.

Ubinam fun-
damentum
consensus
feudalis aut
ratio ejus-
dem?

Divisi hoc modo inter vasallum & dominum, dominii, & præsertim utilis a vasallo omnibus suis descendentibus acquisiti, effectus est, neutrum in alterius præjudicium quidpiam agere posse, sed jura & obligatio-

De consensu feudali. 3

tiones circa feudum vel per contractum feudalem, aut legem determinata manere: nec Vasallus jura aliis ex contractu, aut lege acquisita, nec dominus eadem iis, quorum interest, invitis lædere, sed ubique, de quorum jure agitur, consensus adhiberi debet. En fontem consensus feudalis!

§. IV.

Est CONSENSUS FEUDALIS *adprobatio negotii super feudo suscepti, aut suscipiendi ab eo, cujus interest, facta.* Modos manifestandi, & rationes præsumendi consensum, fundamenta legum consensum supplementium, aut vitia consensum invalidum aut nullum facientia ex jure communi omnibus esse nota supponimus (a).

Quid consensus feudalis?

(a) Confer. Tit. D. de pactis, dol. mal. quod mer. caus. &c.

§. V.

Quid si plures sint, & quidam, aliis reclamantibus, consentiant? Refert, an quæstio sit de re pluribus, ut collegio, sive *collective* spectatis communi, an vero causa sit communis pluribus ut singulis, sive, ut scholæ loquuntur, *distributive* sumptis: si I, majoris partis suffragia ex idea collegii totum conficiunt negotium (a). Si II, ab omnibus adprobandum est, quod omnes tangit: alteri per alterum non debet iniqua inferri conditio (b).

Quid si inter plures quidam consentiant?

(a) L. 19. D. ad municipal.

(b) Reg. Jur. 29 in Gro. Exceptionem vide § 6. lit. E.

His itaque præmissis ad quæstiones & casus, hac in materia moveri solitos, accedimus.

CAPUT UNICUM

resolvuntur Quæstiones.

§. VI.

Ad quos
actus princi-
pum Imperii
quomodo &
quatenus con-
sensus sit ne-
cessarius?

Initium habeat Imperium nostrum: vix non universum & quatenus publico, & quatenus privato jure regitur, feudale est. Hinc quæritur, an Imperii caput, Augustissimus Imperator de feudis Imperii majoribus, qualia sunt *Electoratus, principatus, comitatus, & dynastiæ Imperii* (a), pro arbitrio proprio, vel alienando ex nexu communis Reipublicæ, reinfeudando, expectativam vel *qualificatam*, si accesserit investitura eventualis, vel *simplicem* dando, aliove modo in præjudicium communis, aut complexæ Reipublicæ, hæc non consentiente statuere valeat? Quid olim Carolidis, Saxonibus, Salicis licuerit, non disquirimus (b). Certum est, Carolum V & hucusque successores Augustissimos alia omnia in se recepisse: non alienant (c); non reinfeudant (d); telonia (e); jus monetandi (f); non concedunt suo arbitrio; expectativam in dicta feuda majora soli non elargiuntur (g).

(a) CAPITULATIO NOVISS. Art. XI. § 10. in verbis „ wenn auch
„ ins künftige Lehn dem Reich durch Todesfälle oder Verwüfung erbf-
„ net, und lediglich heimfallen werden, so etwas merkliches ertragen,
„ als

„ als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschaft
 „ und Herrschaften. „

(b) Scripta STRAUCHII & CONRINGII de oppignorationibus Imperii a positione XX usque ad thesin XXXI de finibus Imperii tractat. cap. XIX. § 22. NIC. HIERON. GUNDLING. *Schediasma de jure oppignorati territorii* § 42-49 evolvi, & sciendi, sentiendique cupidum latiare poterunt.

(c) LEX MAJESTATIS NOVISS. Art. X. § 1. „ weiters und inson-
 „ derheit sollen und wollen wir dem heiligen Römischen Reich und das
 „ dessen Zugehörungen in = und außerhalb Deutschlands nicht allein
 „ ohne Wissen, Willen, und Zulassung der Churfürsten, Fürsten
 „ und Ständen samlich nichts hingeben, verschreiben, verpfän-
 „ den, versetzen, noch in andere Wege veräußern noch beschwe-
 „ ren. „

(d) Reinfendatio est species alienationis, adeoque requiruntur eadem, quae modo lit. C. vidimus.

(e) LEX REGIA NOVISS. Art. VIII. § 1. 2. 3. ita „ wir sollen
 „ und wollen auch insonderheit, dieneil die deutsche Nation und das
 „ heilige Römische Reich zu Wasser und zu Land zum höchsten damit
 „ beschwehet, nun hinsüro . . . — keinen Zoll von neuem geben,
 „ noch einige alte erhöhen oder prorogiren Es seye dann nicht
 „ allein mit aller und jeder Churfürsten Wissen und Willen, Zu-
 „ lassen und Collegial-Rath, durch einhelligen Schluß also in
 „ diesem Stücke verfahren, daß keines Churfürsten Widerrede oder
 „ Dissens dargegen, und dergestalt alle und jede in Dero Collegial-
 „ Stimmen einmüthig seyen, maßen diesfalls die *majora* nicht zu
 „ arrendiren, und ohne die *unanimia* nicht zum Stande zu bringen;
 „ sondern auch die interessirte benachbarte Kreysse, und besonders derje-
 „ nige, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet,
 „ transferirt, prorogirt oder perpetuirt werden will, darüber gehört,
 „ deren

„ deren dawieder habende Bedenken und Beschwerde von uns und
 „ denen gesammten Churfürsten gebührend erwogen, und nach besun-
 „ dener Billigkeit beobachtet werden.

(f) EADEM FORMULA Art. IX. §. 6. „ Wir sollen und wollen
 „ auch hinführo ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung
 „ deren Churfürsten, und Vernehmung auch billige Beobachtung des-
 „ jenigen Kreyses bedenken, darinnen der neue Münzstande gefessen,
 „ niemand, wes Standes oder Wesens der seye, mit Münzfreyheiten
 „ oder Münzstädten begaben und begnädigen. „

(g) Reliqua omnino exhaurit CAPITUL. NOVISS. Art. XI. §. 10.
 „ Wann auch ins künftig Lehen dem Reiche durch Todesfälle oder Ver-
 „ würfung eröffnet, und lediglich heimfallen werden, so etwas Merk-
 „ liches ertragen als Churfürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschaf-
 „ ten und Herrschaften, Städte und dergleichen, die sollen und wol-
 „ len wir die Churfürstenthümer ohne des Churfürstlichen Collegii,
 „ die Fürstenthümer Graf- und Herrschaften, Städte und dergleichen
 „ aber, ohne des Churfürstlichen, Fürstlichen, auch (wann es näm-
 „ lich eine Reichsstadt betreffen thut) Städtischer Collegiorum Vor-
 „ wissen, und Consens fernern niemand leihen, auch niemand einige
 „ Expectans oder Anwartsung darauf geben. „ Confer etiam §. 13.
 14. 15.

§. VII.

Quid de oppignorationibus, expectativis olim in STATUS Imperii factis & collatis?

Sed, quid de oppignorationibus, & expectativis, aut qualificatis, aut simplicibus olim in status imperii a cæsare factis, & collatis? & valere & oppignorationes (a), & investituras eventuales, & expectativas (b), adeo quidem, ut noviores in præjudicium anteriorum nullius momenti esse, declarentur (c).

(a) INSTR. FACIS OSNAB. Art. 5. § 26. „ quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in capitulatione cæsarea dispositum
 „ tum

„ tum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator Electoribus,
 „ principibus, ceterisque statibus immediatis Imperii, ejusmodi op-
 „ pignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla &
 „ quieta possessione defendere ac manuteneere debeat; conventum est,
 „ hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & sta-
 „ tuum aliter statutum fuerit, observandum esse, atque propterea ci-
 „ vitati LINDAW nec non *Weisenburg* in Noricis reddita sorte oppig-
 „ norationes imperiales ipsis ademptas, illico & plenarie restituen-
 „ das. „ CAPITULAT. NOVISS. Art. X. § 4. „ Die Churfürsten;
 „ Fürsten und Stände aber bey denen Ihnen verschriebenen und inha-
 „ benden Reichspfandschaften, nach Maasgebung des Instrumenti pacis,
 „ ohne Wiederlösung und Wiederruffung zu schliessen, und ruhig dabey,
 „ bis auf andere weite Vergleichung zwischen denen Römischen Kaysern
 „ und Reichs-Ständen bleiben. „ Note in CAPITULATIONEM Caroli
 „ VI Imperatoris Art. I lit. Q ita habent: **Reichspfandschaften.**
 „ In allen andern Capitulationen steht nur Pfandschaften, weil aber
 „ dieses nicht alle recht verstanden, ist in dieser das Wort Reichs zuerst
 „ dazu gesetzt worden, und aus der beständigen Wahl = Capitulation
 „ noch adjicirt worden: *Secundum Instrumentum pacis.* Es werden also
 „ hier nicht gemeinet die Güter, so ein Stand dem andern verpfän-
 „ det, als welche, wann der titulus der Verpfändung durch Darle-
 „ gung des Contracts docirt werden kann, allerdings eingelöst wer-
 „ den können. „ AST INSTRUMENTUM PACIS Art. V. § 27. ita ha-
 „ bet: „ quæ verò bona status Imperii sibi invicem pignoris jure ante
 „ hominis memoriam obligaverunt, in iis relationi aliter locus non
 „ detur, nisi possessorum exceptiones & merita causarum sufficienter
 „ examinentur. „

(b) Verba CAPITULAT. NOVISS. Art. XI. § 12. hæc sunt: „ Doch
 „ uns, von wegen unserer Erblanden, und sonstern männiglich an sei-
 „ nen Rechten und Freyheiten, auch denen von unseren Vorfahren
 „ am Reich denen Ständen propter benemerita ertheiltten und denen
 „ DAMA

„ damaligen Reichs - Constitutionibus gemäßen Anwartungen auf
 „ Künftig sich erledigende Reichslehn an ihrer Kraft und Bindlich-
 „ keit unschädlich. „

(c) Idem *Arr.* § 9. „ So dann diejenige, welche, denen von
 „ vorigen Kaysern ertheilten und bestätigten Anwartungen, auch darauf
 „ beschenehen und confirmirten Erb-Vergleichen zu präjudiz auf ande-
 „ ren, so in den alten Lehnbriefen nicht begriffen, extendirt worden,
 „ ganz ungültig seyn. „ Confer. & *Arr.* I. § 9.

§. VIII.

Quid in feo-
 dorum majo-
 rum transmu-
 tatione?

Idem, quod de Ordinum consensu in alienatio-
 ne, oppignoratione, reinfeudatione, expectativis est
 dispositum, obtinet quoque in transmutatione feudo-
 rum V. C. Ecclesiasticorum in secularia, & vice ver-
 sa, in resignatione domini directi in extraneum prin-
 cipem. Observatum sic esse, testatur INSTRUMENTUM
 PACIS W. (a), atque evidenter inferitur ex NOVISS. CA-
 PITULAT. (b). Ubique enim jus Imperii mutaretur.

(a) OSENBRUG. *Arr.* X. § 1. 6. 7. 9. MONASTER. § 72. 73.
 78. 79. qui ita legitur „ ad majorem supra dictarum cessionum &
 „ alienationum valetudinem, Imperator & Imperium vigore presen-
 „ tis transactionis expresse derogant omnibus & singulis predecesso-
 „ rum Imperatorum, sacrique Romani Imperii decretis, constitutio-
 „ nibus, statutis, & consuetudinibus, etiam juramento firmatis, aut
 „ in posterum firmandis, nominatimque Capitulationi Casarea qua-
 „ tenus alienatio omnimoda honorum & jurium Imperii prohibetur. „
 Confer & § 80.

(b) *Arr.* X. § 1. „ Weiters und insonderheit sollen und wollen
 „ wir dem heiligen Römischen Reiche und dessen Zugehörungen in- und
 „ außershalb Deutschlands nicht allein ohne Wissen, Willen und Zu-
 „ lassen

„ lassen deren Eurfürsten, Fürsten und Ständen sammtlich nichts hin-
 „ geben, verschreiben, verpfänden, versetzen, noch in andere Wege
 „ veräußern, oder beschwebren. „

§. IX.

Verum quidem est, nexum feudalem Imperium inter & Imperii status solvi privatione feudi (a), violatione fidelitatis sacro nostro Imperio & Imperatori quatale debitæ (b). Privatio hæc, ante jus longobardicum receptum, locum habuit, sed prævia proscriptione, seu in bannum declaratione ex sententiâ Imperatoris in judicio principum lata (c). Nec hodie intuitu principum imperii laudabile studium de judicio principum in his causis conservando unquam cessabit (d). I, *Vasalli Imperii majores* non nisi ex causa, *legibus & observantia* Imperii determinata (e), nec aliter, quam II, sententiâ Imperatoris, ex *statuum Imperii consensu* lata, feudis privari possunt (f). Forma hujus judicii *capitulatione Imperiali* in hunc modum *sub lege nullitatis* est definita (g), ut causa prius in judicio Imperiali aulico (h) instructa, & ad *comitia Imperii* delata, per *deputatos* æquali quoad religionem Numero ex unoquoque Ordinum collegio nominatos, cognoscatur, atque exposito ab his *voto*, *comitali statuum sententiâ Imperatoris auctoritate* & nomine publicata dirimatur (i); manifestum itaque est, & hac in causa sine *statuum consensu* Imperatorem suo solius judicio circa feuda Imperii majora nihil constituere.

Quid de
 STATUUM
 feloniam, &
 privatione?

B

(a) Fe.

(a) Feloniam comitti a statu Imperii posse, manifeste supponit
CAPITULAT. NOVISS. Art. XI. § 10. in verb. oder Verwurkung er-
snet.

(b) cit. Art. § 3. „ noch die Reichslehen = Pflicht auf unser Haus
„ ungleich richten „ igitur fidelitas Imperio & Imperatori, non qui ra-
lis est, sed qua tali debetur.

(c) JO. BAS. KUCHELBECKER *de jure & modo cognoscendi de feud.*
Imper. cap. I. HENR. CHRIST. DE SENKENBERG *de jud. princip. in*
prafam. § 5 - II. PFEFFINGER *ad viriar. lib. 2. tit. I.* Confer. di-
ploma Heinrici III anno 1086. de privatione feudorum Imperii ad-
versus Ecbertum, Marchionem ex Sententia principum Dcreta. In
originib. guelfic. tom. IV. pag. 419. & diploma Wilhelmi R. R. anno
1254. quo *gunzelinus de Peina* ob contemptum caesarea Majestatis
proscriptus bonisque omnibus, quae ab Imperio in feudum habuerat,
principum Imperii dictante sententia privatus est. *ibid. tom. IV. pag.*
240. & *TUGELII Electa.* CONRINGIUS *de judiciis Reipubl. germ. § 49.*
GERARDUS DE ROO *Annal. Aust. lib. 7. pag. 240.* OTTO DE S. BLA-
SIO *cap. 24.* MONACH. EGOLISMENSIS *in vita Caroli M. pag. 253.*
REGINO *ad ann. 788.* plura exempla adducit FLEISCHER *Instit. Jur.*
feud. cap. 22. § 9. lit. b.

(d) LUD. BERNH. L. B. DE ZECH *de proscriptione statuum Imper.*
ad illustrand. Art. XV. Capitular. Carolin. § 7. 8. in INSTRUMENTO
P. OSNABRUG. Art. 8. § 3. Imperii proceres jam urgebant, & in-
petrabant: „ in proximis vero comitiis emendentur anteriorum con-
„ ventuum defectus. — — De modo & ordine in declarando uno
„ vel altero statu in bannum Imperii, prater eum, qui alias in con-
„ stitutionibus Imperii descriptus est, tenendo — — — ex communi
„ statuum consensu agatur, & statuatur. „

(e) Una legitur in A. B. *cap. 14.* „ contrarium faciens, seu do-
„ minos suos in beneficiis & feudis resignatis, vel non resignatis,
„ invadens, quomolibet vel perturbans, vel damna ipsis inferens,
„ seu

„ seu consilium, auxilium, praestans — feuda & beneficia hujusmodi eo ipso amittat, infamis existat, & banno imperii subjaceat. „
 Vid. RECESS. IMP. ann. 1548. Art. 3. ORDINATIO JUDICII CAMERARIS *part. 2. tit. 9. § 2.*

(f) CAPITULAT. NOVISS. § 2. 3. Art. XX.

(g) Cit. Art. § 19. „ Und wann auch auf vorbeschriebene Maass, Form und Weise, wie von Puncten zu Puncten versehen, nicht verfahren würde, so soll alsdann selbige Rechts-Erklärung und Execution ipso jure vor null und nichtig gehalten werden. „ CONCLUSUM CORPORIS EVANGELICORUM *dd. 29. Novembr. 1758.*

(h) ORD. IMPER. CAMERAE *part. II. tit. 7. in fine.* „ Doch die selbe aus dem Reich deutscher Nation nicht ziehen. „

(i) CAPITULAT. NOVISS. § 3. 4. 5. *cit. Art.*

§. X.

- Appropriatio, seu adquisitio domini directi a vafallo in feudis Imperii majoribus etiam locum non habet: non potest dominium directum cedi alteri, nec in ipsum Imperii principem transferri, aut feudum Imperii in allodium converti absque Statuum Imperii consensu (a); sunt enim vafalli Imperii in nexu feudali *Imperii & Imperatoris qua talis* (b), dominium directum Imperii est, sine hujus igitur consensu alienari non potest.

Quid de appropriatione?

(a) CAPITULAT. NOVISS. Art. X. § 6. 7. 10.

(b) CAPITULAT. NOVISS. Art. XI. § 3. *vid. § 9. lit. b.*

§. XI.

Limites caesareae Majestatis pacto libero positos videmus, videamus potestatem non restrictam! I, Feuda Imperii minora libere & pro Augustissimo Arbitratu con-

Quibus in casibus Statuum consensus non desideratur?

B 2

fert:

fert: horum reinfeudatio nulla lege Imperii invenitur restricta. II, in minoribus hisce feudis longobardica in tribunalibus Imperii recepta sunt jura (a), indeque in iisdem ex communibus juris feudalis regulis proceditur: Imperator *qua talis* per archidicasteria Imperii, non adhibito Statuum consensu causam determinat, & ad privationem jure procedit (b). III. Ubi allodium in feudum offertur, integrum est Imperatori proprietatem acceptare, & utile dominium sub lege feudi Imperii offerenti conferre, aut relinquere absque requisito Statuum consensu: hac infeudatione Imperio nostro adquiritur directum ejusdem dominium. Jus Imperio adquirendi, illud augendi nulla lege est restrictum, imo potius ex titulo zu allen Zeiten *Nehrer des Reiches*, & officio cæsareo ita fieri oportere, colligimus, nec movemur iis, quæ STRUVIUS (c), & THOMASIVS (d), in contrarium proponunt.

(a) DISSERT. Dni. *presid. de neglect. requisit. feudi, ejusque pena* § 8. & DISSERT. *de vicio feudi mali alienari &c.* § 6.

(b) ORD. JUDICII IMPERIALIS AULICI *tit. 5. § 1. circa fin.* „Also
 „ ist es auch in Lehnstreitigkeiten zu halten, jedoch daß in deren rela-
 „ tion vornehmlich die originale investitura und was für pasta darin-
 „ nen ausdrücklich begriffen, wohl erwogen, und dann gegen unsern
 „ klaren Lehnrechten, der allegirten aber nicht zu Recht probirten Lehn-
 „ gebräuchen, sonderlich in unsern Kayserlichen welschen Lehnstättig-
 „ keiten, nicht zu viel in relatione, noch decisione deferirt werden.“
 Confer. *tit. 7. § 21.* Juramentum der Reichs-Hofrathen.

(c) *De feud. oblat. cap. 3. § 15.*

(d) *De*

(d) *De feudis oblati* § 44. argumenta horum virorum sunt. I Imperator vi Capitulationis (in *Noviss. Art. I. § 5.*) in collegium principale, aut Imperii comitum ad votum & sessionem in comitiis nullam recipit sine collegii Electoralis, & illius, cujus membrum non recipiendus foret, consensu. Damus hoc: nondum sequitur, quod duumviri adversarii volunt: aliud est, in collegio Imperii quodam esse, votum & sessionem habere, & iterum aliud est, Imperii esse vasallum. Nonne in Italia potentes Imperium vasallos habet? imo testis est *CAPITULAT. NOVISS. Art. X. § 12.* habent- ne illi votum & sessionem in comitiis Imperii? nequaquam. Immediati Equites vasalli Imperii sunt, nec tamen in conventibus Imperii voto & sessione gaudent. Videmus, aliam esse ideam status Imperii, & aliam Imperii esse vasallum. Nexu feudali Imperio ad fidelitatem obligari, servitia prestare, aut adarare, adjuvare Imperium adversus hostes *II feud. 40.* fines Imperii augere oblato dominio directo, evidenter prejudicat nulli, aut augere vota in collegiis Imperii, ob sensus plerumque diversos, placitum remoratur; collegio invito, Electoribus invitis constatus obtruditur; collegii honor & dignitas hic subvertatur, ideoque Imperator invitis Electoribus, invito Collegio Imperii, ad votum & sessionem in comitiis neminem recipit. II Imperator in capitulatione (*IN NOVISSIMA Art. IV. § 2.* idque *INSTR. PAC. OSNABRUG. Art. VIII. § 2.* in verbis: „nec non ubi pax aut foedera facienda &c.“ prospectum est) in se recipit, foedera cum extraneis sine Electorum, & si causa moram ferat, comitali consensu se non initurum. Damus & hoc, quid inde? manifestum est, in hoc § capitulationis sermonem esse de casibus, quos Imperium nostrum damnum, prejudicium incurreret, bello implicaretur, aut minueretur, si Imperio infcio vel invito cum hoste Imperii pacis foedus pangeret. Quae res non est, siquis ad fidelitatem specialem ex nexu feudali Imperio praestandam obligatur.

§. XII.

An Status in alienatione totius, vel partis feudi, vel oppignoratione consensum Imperatoris adhibere debeant?

An princeps Imperii vel totum principatum, vel partem alienaturus Imperatoris consensum requirere tenetur? observamus I, omnem dominii utilis feudalis in non comprehensos in prima investitura, translationem, imo dationem feudi in pignus, hic dici alienationem. II, moribus germanorum antiquis vasallo non tam ademptum esse jus alienandi in extraneum, quam potius ratione exercitii restrictum ad domini consensum, ne in vitus agnoscere teneatur alium vasallum (a), proinde invalidam sine domini consensu fuisse alienationem feudi, non vero pænæ subjectam, quæ pœna demum recepto jure longobardico in feudis privatis obtinere cepit ex constitutionibus Lotharii II, Conradi III & Frideri I, Imperat. (b). Principium juris germanici in feudis Imperii majoribus locum habere, atque facultatem alienandi feudum in extraneum ratione exercitii restrictam esse ad Imperatoris consensum, sustinemus cum ITTERO (c), STRUVIO (d), ZIEGLERO (e), BOEHMERO (f), HERTIO (g): dominium directum est Imperii & Imperatoris *qua talis*. Cura suprema & pro tuendo, & conservando nexu feudali inter Imperium & membra, & pro redintegrandis clientelis Imperii ad officium Imperatoris in legibus refertur (h), Ideoque alienatio vel oppignoratio feudi regalis, vel illius partis, absque consensu Imperialis curiæ feudalis peracta, invalida est, Imperii intuitu, ubi feudum huic aperiri
con-

contingeret, sed nulli pœnæ subjacet (i). Augustissimi Mathias, Ferdinandus II, III, IV, Leopoldus, Josephus I, Carolus VI, VII, Franciscus I eandem Majestatis formulam susceperunt. Augustissimus Ferdinandus II 9na Julii ann. 1625. omnes alienationes in ducatu Brunsvicensi ex feudo Imperii, an 1225 oblato, pro ducatus integritate servanda, quodocunque factas adeo annullat, ut possessor translatum in se, allodium esse, ostendere debeat (k). Fert tamen vetus Imperii observantia (l), posse principem vi superioritatis territorialis, & ita dependentium prærogativarum, non quidem integrum territorium vel insignem ejus partem, præfecturam tamen quandam, aut urbem, alia que prædia particularia, sine Imperatoris consensu oppignorare, hypothecæ subjicere. Ad hanc observantiam redeunt, quæ de majori statuum Imperii libertate exponunt AA. (m). Et hoc forsân sensu statibus Imperii dominium, alio dominio utili validius competere docet MELCH. LUDOLF (n). Ast, ni creditor, feudo ad Imperium devoluto, probet versionem, utilitatem, necessitatem, sine curiæ Imperialis consensu vix erit securus.

(a) *JUS FEUD. ALEMANN. cap. 12. 26. JUS CAESAR. art. 23. 26. 27. 28.*

(b) *II feud. 40. 52. 55. Diss. Dni. presid. de vitio feudi male alienati in prolog. § I. X.*

(c) *DE FEUDIS IMPERII cap. 23. § 2. & seqq.*

(d) *SYNTAG. JUR. FEUD. cap. 14. aphor. 29.*

(e) *Dn.*

(e) DE JUR. MAJESTAT. pag. 105.

(f) PRINCIP. JUR. FEUD. § 477.

(g) DISSERT. DE SUPERIORIT. TERRITORIAL. § 45.

(h) RECESS. IMP. ann. 1566. § 126. ann. 1570. § 105. Reichs-
Hofraths-Ordnung. tit. III. § 14. CAPITULAT. NOVISS. Arr.
X. § 6. 7. 10.

(i) Exempla alienationum feudorum Imperii occurrunt IN ORI-
GINE. GUELF. tom. 4. in præfat. pag. 41. not. x. & pag. 241. quæ in-
validæ declarantur, sed alienans feloniam reus non arguitur.

(k) LÜNIG corp. Jur. feud. germ. tom. I. pag. 687.

(l) A. SENKENDORF. deutsch. Fürsten-Staat. part. 2. cap. 3.
n. 6. STRYCK de potest. princip. circa allod. cap. 5. n. 13. UDALR. ZA-
SIUS de feudis part. 9. n. 22. STRUVIUS Syn. Jur. feud. cap. 14.
Aphor. 29. n. 5. TITIUS Spec. Jur. publ. lib. 4. cap. 3. § 28. & lau-
dat. ITTER cit. L.

(m) Laudat. ITTER cit. loc. § 4. JO. AND. FROMMANN de op-
pignorat. feudor. regal. sine particulari consensu domini jure & moribus
permissa § 29. in MOSERI Synag. dissert. selectar. diss. 2. pag. 80.

(n) De introduct. juris primogenit. part. special. aphor. 8. pag. 53.

§. XIV.

Quid de con-
sensu Agna-
torum?

Quid de consensu Agnatorum? in feudo antiquo ad
alienandam, vel oppignorandam, etiam tantummodo
partem illorum consensus desideratur: non modo domi-
nium directum sacro nostro Imperio competens, sed &
jus succedendi omnibus in prima investitura comprehen-
sis adquisitioni Vassalli limites, finesque po-
nunt. Hoc jus ex contractu primi adquirentis, & pri-
mi constituentis ita ipsis quæsitum est, ut neque in to-
tum, neque pro parte ipsis inuitis, aut non consentien-
tibus

tibus auferri possit, sed delato successione ordine antiquum feudum, nullo refuso pretio, nulla contracti æris alieni facta solutione adversus quemcunque possessorem agnati vindicant (a).

(a) *II feud. 45. GAIL. libr. 2. obs. 154. n. 1. STUV. cir. l. cap. 14. n. 29.*

§. XV.

Ex hoc simul patet, successorem agnatum ad æs alienum ab antecessore, sine suo consensu contractum non teneri, si in feudum, non vero allodium ceu hæres defuncti succedere velit. „ Si contigerit, vassallum sine „ omni prole decedere, Agnatus ad quem universa hæ- „ reditas pertinet, *repudiata hereditate*, feudum, si pa- „ ternum fuerit, retinere poterit, nec de debito hære- „ ditario aliquid feudi nomine solvere cogitur. „ (a) Non ultimo vassallo, sed primo acquirenti succeditur. (b)

An successor Agnatus contractum a vassallo antecessore æs alienum solvere cogitur?

(a) *II feud. 45 in princip. ILL. CRAMER W. Nebenst. 116 Theil. 2. Ausföhrung.*

(b) *II. feud. 11. 31. 37. verb. proximiorum.*

§. XVI.

De debitis feudalibus, aut quæ antecessor nomine *territorii* & intra limites potestatis territorialis contraxit (a), aut ubi pecunia credita, in feudum versa probatur, non agimus: Hæc ad exceptiones a regula pertinent; quemadmodum, si pacta familiæ, aut dispositio primi acquirentis, aut feudum esse mere hæreditarium, pro-

Exceptiones.

C

baren-

barentur, jam successor facta antecessoris præstare deberet (b).

(a) ILL. DE CRAMER *de obligatione successoris in territorio germaniæ. tom. I. opusc. 14. pag. 387.* JO. FR. LÜD. DE BERGER *opusc. miscell. Jur. publ. pag. 224.* WERNHER *Selectæ observ. for. part. 5. obs. 161. part. 10. obs. 377. 469.*

(b) GEORG. LUD. BOEHMER *princip. Jur. feud. § 490-493.*

§. XVII.

Quid de
filio?

Hæc de agnatis, & simultanee more saxonum investitis. Ast quid de filio successore? an hic ad æs alienum, eo non consentiente, & extra casus modo exceptos, a parente contractum non obligabitur? disputant: obligantes filium, provocant jus longobardicum: „ ubi „ vero filium reliquit, ipse non potest hæreditatem sine be- „ neficio repudiare, sed aut utrumque retineat, aut utrum- „ que repudiet: quo repudiato, ad agnatos, si paternum „ sit, pertinebit: *Et licet alterum sine altero retinere non „ possit*, agnatis tamen consentientibus, poterit dominus „ eum, si voluerit, quasi de novo beneficio investire; „ quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere „ re, nullo onere ei hæditario imminente“ (a). Et iterum „ filius non potest recusare hæreditatem patris abs- „ que feudo, propinquus autem potest“ atque inter cæteros ita docent laud. BOEHMER (c), MASCOV (d), rationes ita sententium sunt I, Reverentia nomini & dignitati paternis debita. II. Nullus in Germania ducatus aut comitatus invenitur, cui non sunt mixtæ terræ allodiales. III. Sententia hæc in summis Imperii tribunalibus obtinet (e).

Alii

Alii filios æque, ac agnatos, immunes hoc onere declarant. I, Quia feuda Imperii sunt ex pacto & providentia Majorum. II, Juri primogenituræ, Majoratui, vel fideicommissis subjecta. III, Ad obligandum successorem Statuum provincialium est opus consensu. IV, Irreparabile damnum ex sententia opposita Reipublicæ oritur. V, Cuncta principum bona sunt domanialia. VI, Constitutio & formula territorii adversatur (f). Accedunt varii textus: „Hat auch ein Mann einen Sohn, der sein Lehns-
 „erbe ist, und nicht sein Erb nach Landrecht, er behält das
 „Lehn“ (g); & iterum: „Stirbt auch einer, der sein
 „Lehn einem andern auflassen soll, dessen Sohn ist es nicht
 „pflichtig aufzulassen, er habe denn selber mitgelobet, oder
 „Bürgen davor gesetzt“ (h). Iterum iterumque: „Der
 „Mann ist nicht schuldig zu leisten des Herrn Gelübde, noch
 „das Kind des Vaters, daß sie ihr Gut uffgebend“ ut feudum amittant (i). Quid nos? rationes pro utraque opinione propositæ non sunt theticæ, sed tantum hypotheticæ, estque certissimum, provincias germaniæ non unius ejusdemque formæ esse, atque rem aliter decidi debere in terris allodialibus, vel feudalibus allodio mixtis, aliter in feudalibus tantum, neutri opinioni simpliciter adhæremus, nec opinamur, praxin supremorum Imperii tribunalium ubique eandem esse, sed in singulis causis ex singulari constitutione formaque territorii, in quod succeditur, rationes decidendi conquirendas esse, & conquiri (k): atque ita sententia ab Augustissimo tribunali Wezlaræ 11^{ma} Febr. 1757 publicata facillime intelligitur (l).

C 2

(a) II feud.

(a) *II feud. 45.*(b) *II feud. 51. § 4.*

(c) PRINCIP. JUR. FEUD. § 444. „ cum successio in feudis Imperii jure communi aestimetur, quoad aliud speciali dispositione constitutum non esse, apparet, sanctio *juris communis*, *II feud. 45.* in honorem nominis patris constituta, non minus in feudis Imperii obtinet, allegat sub lit. A. JO. WILH. ITTER *de feud. Imper. cap. 18. § 8.* JO. ULT. DE CRAMER *observat. Jur. univ. tom. I. obser. 251. 280. 422.*

(d) LIB. FEUD. cap. X. § 25. „ descendentes, quando in feudo succedunt, non possunt abstinere ab hereditate allodiali. „

(e) KLOEK *vol. 2. conf. 29. n. 135.* RHETIUS *de transmiss. territor. in successores cap. 3. n. 18. 19.* MYLER AB EHRENBACH *Nomolog. princip. cap. 10.* BURC. GOTH. STRUV. *de allodiis Imperii.*

(f) A. LUDEWIG *de oblig. successor. cap. 7. § 6. lit. cc. & § 12.* DE LINKER *decif. 717. 802.* KNIPSCHILD *de fideicommiss. cap. 11. n. 230.* BRUNNEMANN *conf. 1. n. 136. conf. 3. n. 173. 178. 190. 191.* TABOR *conf. 111. per tot. GAIL. lib. 2. obs. 204.* MYNSINGER *cont. 3. obs. 61.*

(g) LANDRECHT *lib. 2. art. 20. 21.*(h) *idem art. 9.*(i) *JUS FEUD. ALEM. cap. 98.*(k) FLEISCHER *Inst. Jur. feud. cap. 14. § 17.*(l) *ILL. CRAMER. l. supra lit. c. citat.*

§. XVIII.

An desideratur vasalli possessoris consensus, ad expectativam, valide concedendam? affirmantium argumenta.

An vasalli possessoris consensus desideretur, ut dominus valide expectativam feudalem concedere valeat? affirmant, negant, divisi interpretes. Pro I, sententia est I textus: „ siquis investierit aliquem de feudo sui militis, viri placentini prorsus asserunt, hanc investituram non aliter valere, nisi eo consentiente, cujus erat feudum.“ (a), II, Privilegium a Friderico II ducati

catui stirienſi ann. 1237 datum: „ in beneficiis autem,
 „ quæ vulgo anſel vocantur, tanquam bonis & honeſtis
 „ conſuetudinibus adverſantem penitus amovemus „ (b).
 III, Jus canonicum & lateranenſe concilium (c), ex qui-
 bus ita: conditionalis inveſtitura, veluti inſidioſa, & ne-
 faria cogitatione, alienaque calamitatis exſpectatione
 plena in ſacerdotiis eſt ſublata; cur non in feudis? IV,
 urgent jus civile (d), & improbum captandæ alienæ
 mortis votum. V, URGENT JUS FEUDALE (e). „ Qui-
 „ dam dicunt, quod dominus exſpectativam concedere
 „ poſſit abſque vaſalli ſui conſenſu, qui de eo feudo in-
 „ veſtitus eſt ab ipſo, ſed hoc jure non utimur: nec
 „ enim dominus exſpectativam ullam concedere poteſt
 „ in ullo feudo, de quo quis ab eo inveſtitus eſt, abſ-
 „ que ejus conſenſu & petitione.“

(a) I feud. 27.

(b) LÜNIG Reichs-Archiv, vol. 4. 5ter Abſatz. n. 76.

(c) Capit. 2. 3. de conſeſ. præbend. cap. 2. 3. in 6to. eodem
 cap. 36. de Elect. & Elect. poteſt.

(d) L. 15. & ult. cod. de pactis.

(e) Capit. 19. apud SCHILTER cod. Jur. feud. Alem.

§. XIX.

Negantes moventur I, ex eodem textu: ita enim
 feudista perguit: „ Mediolanenſes, & cremonenſes nihil
 „ diſtare adſeverant, utrum eo ſciente, vel ignorante,
 „ dummodo eo vivente, nullum detrimentum de feudo ſuo
 „ ſibi contingat“ (a). II, „ Moribus receptum eſt, do-
 „ minum de feudo militis ſui, quod poſt mortem ip-
 „ ſius

Negantium
 motiva.

„ sius ad dominum reverti sperabatur, *in alium militem*
 „ *investituram facere posse, quae investitura tunc demum*
 „ *capiet effectum, cum feudum domino aut heredi suo fue-*
 „ *rit apertum.* Secus est in Ecclesiasticis personis: nam
 „ si Ecclesiastica Persona talem faciat investituram, non
 „ aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feu-
 „ dum aperiatur. *Et in tali investitura consensus ejus,*
 „ *de cujus feudo fit, exquiri non oportet* “ (b). III, „ Ubi
 „ vero de alterius feudo fecerit investituram, siquidem
 „ pure, non valeat, sed si sub tempore, vel conditione
 „ quo feudum sibi aperiatur, *valebit investitura, & jam*
 „ *sine voluntate vasalli facta* “ (c). Et iterum IV, „ si
 „ vero archiepiscopus, Episcopus, vel Abbas, vel Ab-
 „ batissa investituram ejus feudi, quod alius detinebat,
 „ eo tenore alicui dederit, ut post decessum ejus, qui
 „ possidet, habeat, & ante decesserit Archiepiscopus,
 „ quam ille, qui feudum possidebat, successores eorum
 „ non coguntur, eam investituram facere vel confir-
 „ mare, etiamsi pares ejus curtis adsint testes, vel bre-
 „ ve testatum inde sit: *nisi ille, qui investituram accepe-*
 „ *rit, nomine ejus feudi in possessionem missus sit eo con-*
 „ *sentiente, qui detinet* “ (d). A contrario igitur, ubi
 „ nempe exspectans in condominium, societatem a domi-
 „ no non vocatur, vasalli possessoris consensus non exigitur.
 „ Jam alibi V, legimus (e) „ quidam dicunt, quod
 „ exspectatio beneficii nulli posset concedi absque pe-
 „ titione illius, qui possidet beneficium, hoc ostendam
 „ esse falsum. Homo inbeneficiatus manso, vel talen-
 „ to,

„ to, cum domino primo fit solutum per alicujus homi-
 „ nis sui obitum. Nonne hic inbeneficiatus homo ha-
 „ bebit beneficium, quod solutum fit domino, cum ta-
 „ men nullus locus sibi designatus fit? ergo magis (le-
 „ gunt alii *majus*) jus habebit homo inbeneficio sibi de-
 „ signato “ VI, fit expectativa vel *simplex*, vel *qualifica-*
ta in eventum aperturæ; in eventum, quo sunt extin-
 cta jura omnium, quibus hucusque feudum est constitu-
 tum; fit ea salvis possessoris juribus; consensus expe-
 tendi ratio nonnisi in hoc continetur, quod per conces-
 sionem juribus alterius detrahi possit, hoc cum non fit;
 cum in eventum, quo vasalli, ejusque hæredum jura
 omnino sunt extincta, concedatur id, quod eventu se-
 cuto est domini, ratio exigendi possidentis vasalli con-
 sensum plane deficit (f):

(a) *I feud.* 27.(b) *II feud.* 26.(c) *II feud.* 35.(d) *I feud.* 3.(e) VETUS AUCTOR DE BENEFICIIS *lib. I.* § 27 & 28.

(f) Ita sæpe laudat. BOEHMER *princip. Jur. feud.* § 169. ibique
not. lit. A. & B. MASCOV. *lib. feud. cap. 8.* § 15. FLEISCHER *Instit.*
Jur. feud. cap. 10. §. 11. JOSEPH. LEOP. ROTH *pandect. Jur. feud.*
cap. 12. quest. 28. & alii quamplurimi.

§. XX.

Cum posterioribus veritas & usus sentire jubent,
 & quidem eo confidentius, quo evidentius, argumenta
 adfirmantium ad frateram posita, nullius ponderis in-
 veniuntur: I, placentinorum sensus omnino obscurus:

Nostra sen-
 tentia, & so-
 lutio contra-
 riorum.

aut

aut enim loquuntur de investitura, qua dominium utile commune redditur neo-investito, & vasallo possidenti, aut de ea, qua dominium in eventum aperturæ, atque sic jus conditionatum translaturum intelligitur, aut de promissione tantum? *primum* inde probabile est, quia conditionis vel eventus mortis vasalli possessoris nulla fit mentio, imo ex verbis: „*cujus erat feudum*“, id inferitur, quod nempe dominium utile post illam investituram non amplius fuerit intuitu possidentis *privativum*, sed *commune* Neo-investito & vasallo possessori: alias positio *cujus erat feudum*, efficacem non haberet explanationem. Si autem hoc velint placentini, adversarios non habent (a). Etsi possessio possidenti salva maneat, privativum utile dominium, jus hoc acquisitum invito adimeretur; non consentienti condominus obtrudetur; vasallus possidens jam & domini directi, & utilis condomini, ad hypothecam, ad alienandam feudi partem consensum impetrare deberet. Si loquantur de *secundo* & *tertio* casu, falluntur, aut saltem per tot textus clarissimos, usui forensi, usuali interpretatione comprobatos, per Mediolanenses & Cremonenses vincuntur. II, Negativæ favet apertissime: si vasalli stirienfes adversus ejusmodi expectativas privilegium exorarint, sequitur, regulam fuisse, *dux potest expectativam concedere*: privilegium est exceptio a lege. Nec movet ratio ibi expressa: hanc si Imperator Fridericus II veram habuisset, expectativæ non modo stiria, sed omnibus ditionibus exulare debuissent. III, Jus sacrum huc non

non spectat: agitur ibi de beneficiis Ecclesiasticis, quæ sancte citra omnem mali occasionem acquirenda esse, statuit legislator Ecclesiasticus, argumentum desumens ex jure civili (b): si gentiles in rebus profanis damnarunt pacta de successione certi & viventis, multo magis in ministeriis, & beneficiis Ecclesiasticis præcavendum, ne beneficia non vacantia concedantur. Investituram eventuales, aut expectativam concedunt Archiepiscopi, & Episcopi (c), nullibi prohibente jure sacro (d). Et videmus insuper in Ecclesiis Germaniæ cathedralibus & aliis successores in præbendas vacaturas denominari: *Domicellares*, in turno *Nominati præcistæ* non sunt, nisi expectantes. Quis hodie dubitat, ex consensu summi Pontificis coadjutores cum spe successione eligi & constitui? IV, Romanum jus non cohæret hac in re: toleratur pactum de viventis certi hæreditate, si ille consenserit (e); valent substitutiones pupillares; valent fideicommissa; obtinet sanguinis legitima successio. Quos actus Romani expungere debuissent, si constantiam suæ philosophiæ amassent: ex his idem, quod in pacto successorio, imminet periculum captandæ mortis. Si infes, id periculum non sequi ex natura substitutionis, aut fideicommissi, repouimus, id votum captandæ mortis non sequi ex natura expectativæ. V, antiquitatem illam veneramus: Condicio temporum istorum, bellis ac diffidationibus expositorum in feudis tunc militaribus hos mores fors olim aliquando exegit, ne porta pateret, vel vi, vel insidiis captandi mortem possidentis vasalli, quo inscio aut invi-

D

to

to in casum, mortis ejus facta fuerat investitura. Reces-
sum est, quod est certissimum, & supra § 19 ostensum,
ab isto textu, valent expectativæ sine consensu possiden-
tis vasalli (f).

(a) Vid. § 19. *lit. d.*

(b) *l. 15. & ult. cod. de pact. l. 29. § ult. l. 30. D. de donat. l. 2.
§ ult. D. de his, quæ ut indig.*

(c) *TEXT. lit. b. § 19.*

(d) *ILL. CRAMER W. Lebensf. Theil II 3. Ausführung III. ex
omni jure & Imperii praxi docet, prælatum Ecclesiæ, ut ut singulari
Electionis titulo succedentem, ad implendam Antecessoris ob bene-
merita, & Ecclesiæ commodum concessam investituram teneri.*

(e) *L. ult. cod. de pact.*

(f) *SCHILTER comment. in jus. feud. Alem. cap. 19. § 8. 9.*

§. XXI.

Utilis tamen
imo aliquan-
do necessarius
est vasalli pos-
sidentis con-
sensus.

De non facta adversus Investituram eventualem con-
traditione a vasallo possessore, rem illam ignorante, aut
etiam consentiente, sed sub declaratione. Quod *privativo*
suo utili dominio, indeque natis juribus, aut potestati
cum adensu domini hypothecam constituendi, alienan-
di, detractum nihil velit, non procedit hæc positio, sed
I, de pacto successionis causa investiti, aut promissarii cum
vasallo possessore inito res est: hic consensus possessionem
tribuit; jam redditur investitura similis illi, in cujus
pacto adjecto succedendi jus tertio datum est: „nisi ille,
„ qui investituram accepit, nomine ejus in feudi possessio-
„ nem missus sit, EO CONSENTIENTE, qui detinet“ (a).
Jam juxta pactum in oppignorationibus, alienationibus,
præ-

præter domini directi, & neo-investiti consensus exigitur, ne jus pactitium lædatur. II, Suadet id insuper quandoque prudentia, majorque securitas expectativarii, ut talis consensus impetretur (b), præcipue, ubi princeps clericus expectativam concedit: hujus enim in regula jure Electionis, adeoque titulo singulari successor non tenetur (c), conduciturque simul avertendæ, quam alii cogitare possent, suspitioni (d). III, Necessarius est hic consensus, si vassallus a domino suo ea lege feudum acceperit, ne ulli, ante actualem aperturam feudi, expectativa concedatur: fides in primo contractu data venit servanda (e). Nec alias probabiles exceptiones excludimus.

(a) *I feud. I. § 2. I feud. 3. I feud. 8. § ult. I feud. 14. § 2. I feud. 20. II feud. 12.*

(b) Ita principes Anhaltini ad expectativam comitatus Ascanien-
 sis consensum Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburg. Per peculiarem conventionem ann. 1681. impetrarunt, sic enim Elector se declaravit: „ So gönnen wir der Churfürst für uns, unsere Erben und
 „ Successores, in specie die Fürsten von Halberstadt, denen Fürsten
 „ zu Anhalt nicht allein die Exspectanz auf die Grafschaft Ascanien,
 „ und deren specificirte Pertinentien gerne, sondern wir wollen auch
 „ dieses Ansuchen nach unserm besten Vermögen am Kayserlichen Hofe
 „ treulich secundiren. „ LÜNIG Reichs-Archiv vol. 7. 4te Abtheil.
 13. Abschnitt. n. 45. exulat ita etiam lis omnis & controversia.

(c) Vid. *cit. text. I feud. 3.*

(d) Prudenter fecerat Episcopus Würtzburgerensis Rudolphus II, qui a comite Philippo Catimelibocensi consensum impetravit hujus tenoris: „ Nos Philippus comes in Catzenelenbogen & Diez fatemur
 „ publice his literis nostris pro nobis & successoribus nostris, quod

D 2

„ con-

„ consensimus & vigore harum litterarum consentimus differte, quod
 „ Reverendus in Christo pater & dominus Rudolphus Episcopus Her-
 „ bipolensis, dux Franconiae, illustrem principem & dominum, do-
 „ minum Henricum Landgrafium Hassiae, comitem in Ziegenhaim &
 „ Nidda, gratiosum dominum nostrum & generum, cum civitate &
 „ castro Darmstadt, Bissingen, Clappach & Eschelburg cum castris
 „ eorundem, omnibusque aliis feudis, quae quondam generosus Jo-
 „ hannes comes in Catzelenbogen, charissimus genitor noster ab Ec-
 „ clesia Würtzeburgensi, & nos a Reverendo Episcopo ibidem, do-
 „ mino nostro charissimo, in feudum recepimus, & tenuimus, pro
 „ se & haeredibus suis investire possit & debeat ea conditione, si nos
 „ post mortem nostram nullos haeredes masculos feudales reliqueri-
 „ mus. — Datum die dominica post Mathaei Apostoli & Evan-
 „ gelistae Anno domini MCCCCLXX. “ *LÜNIGS Reichs-Archiv,
 spicileg. Ecclesiast. part. 2. tit. Hochstift Würzburg. add. Kopp Leben-
 prob. 2. Theil. pag. 83. n. 6.*

(e) Talem promissionem vasallis suis in principatu Crain dederat Maximilianus I, ann. 1510., & postea Carolus archidux Austriae ann. 1567. *LÜNIG Reichs-Archiv vol. 4. 7. Abschn. n. 135.* ibi
 „ gnädiglich zugesagt haben, und thun das auch hiemit wesentlich in
 „ Kraft dieses Briefs, daß wir nun hinsüro dergleichen Brief und Ex-
 „ spektanzen auf ihr Lehn, noch eigene Güter nimmer geben, noch
 „ ausgehen lassen, und ob sie vor ausgegangen wären, oder süran aus-
 „ geben würden, daß sie kraftlos, und für nicht gehalten werden
 „ sollen. “

An Expecta-
 tivarii con-
 sensu opus, si
 vasallus possi-
 dens Hypo-
 thecam con-
 stituat, feu-
 dum alienet
 ex consensu
 domini?

§. XXII.

Ex antea disputatis patet, quid nobis responden-
 dum sit, si quaeratur: An expectativarii consensus re-
 quiratur ad alienationem, oppignorationem, ita, ut con-
 sensus domini vasallo possessori non sufficiat? vel enim
 vasal-

vasallus, successione causa investitum suo consensu admittit in communionem utilis dominii, quin reversales sibi dari curaverit? jam eventualiter investiti consensus desideratur: utile dominium, licet in fructuum, utilitatumque perceptione ab eventu pendeat, intuitu expectantis, jam tamen penes utrumque est, igitur vasallus possidens in præjudicium coinvestiti ita in feudo admitti agere non potest: in re quoad utile dominium communi, quatenus *prohibentis* interest, hujus conditio melior: debet ex idea dominii illud posse conservare. Idem est, si vasallus possessor eventualiter investito acceptanti promiserit, se non alienaturum, aut ære alieno oneraturum esse sine expectativarii consensu: fides data servanda est. Idem sustinemus, si feudum sit novum jure veteris concessum: aut enim vasallus agnatos v. c. descendentes ex proavo, ac si hic primus acquirens esset, investituræ inscribi fecit consentientes, aut pacta iniit? & nihil in eorum præjudicium suscipere potest. Ab his suppositis si abeamus, Expectantis consensus intuitu vasalli possessoris non desideratur. Radix hujus obligationis ostendi non potest: nihil negotii vasallum possidentem inter & Expectativarium intercessit, quod obligaret. Obliget Expectativa seu simplex seu qualificata dominum, non obligat vasallum possidentem: hic non contraxit, non promisit: „dummodo eo vivente, „nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat“ (a). Nonne præjudicium Vasallo esset, si & domini directi & Expectativarii consensum exorare deberet; si domi-

ni directi consensus eidem non sufficeret? teste experientia facilius unum in adsensum pertrahimus, quam plures. Id tamen fatemur, obligari dominum Expectatuario ad omne, quod interest, feudi possessionem non consequi, & feudum culpa domini non vacare (b). Quemadmodum enim tradere possessionem cogitur, si traditio possibilis (c), ita certe ubi tradere feudi possessionem culpa sua non valet, interesse præstare cogitur: egit dominus contra datam vel in contractu peracto, vel in decreto de investiendo fidem. Disputant quidam, an investitura eventualis abusiva, seu per symbola v. g. gladium vel hastam facta tribuat eventuale seu conditionatum dominium, quod eventu expresso secuto fit purum, opereturque utilem rei vindicationem, vel actionem revocatoriam feudi interim alienati? Nos id negamus cum communi feudistarum. Confer. STRUV. *Synt. Jur. feud. aphor. 9. cap. 8. I*, Abusiva investitura nulli dicitur possessio, aut possessionis traditio, sed potius contrarium habetur: hanc dare invito vasallo possidente non potest dominus, nondum est sua. Symbola illa solennitates contractus erant, sane ubi investitura illa abusiva dominium utile transferret, successor Episcopus teneretur, & quidem rei-vindicatione utili, quod tamen falsum. Cætera conflictui relinquimus, disparitatem inter symbolicam traditionem de jure civili, & eventualem abusivam, investituram simultaneam, aut legatum speciei purum, daturi, textusque *I feud. 25. II feud. 1. in fin. II feud. 8.* de propria investitura explicaturi.

(a) *I feud.*

(a) I feud. 27.

(b) II feud. 7. § 1.

(c) I feud. 4. II feud. 26.

§. XXIII.

Ubi duo sunt domini feudi, mediatuſ & Immediatus v. g. Imperator *qua talis* ducatum, principatum, comitatum titulo feudi conceſſit, dux, princeps, comes alium ex feudo Imperii inveſtivit, Imperator nomine Imperii directus eſt dominus ſuperior, vel mediatuſ, dux, princeps, comes infeudans dominuſ eſt immediatuſ intuitu Equitiſ. Vel uniuſ feudi ſunt plures hæredes, dominium directum quod concernit, an utriuſque domini? an omnium hæredum conſenſu opus ad alienandum, aut hypothecam conſtituendam? poſitio I ſupponit poſſe vaſallum ſubinfeudare. Hoc licuit olim (a), licet & hodie, modo non fiat ad velandam feudi in extraneum alienationem (b). Nec opus eſt conſenſu domini: ſublato ſubinfeudantiſ jure, ſubfeudum reſolvitur (c), niſi dominuſ ſuperior conſenſerit, aut reſ ſit infeudari ſolita: certiffimum eſt, principes Imperii non modo ad Imperii ſervitia ex feudo Imperii, ſed & ex allodiis ſuis tot varii Ordiniſ illuſtreſ viroſ inveſtiffe, & etiamnum inveſtire, quot exigit dignitaſ, præeminentia, ſecuritaſ territoriſ aut principatuſ (d). Hiſce in caſibus ſufficit domini immediati conſenſuſ: ſoluſ hic jure ſuo feudum conceſſit; cur non ejuſ ſoliuſ conſenſuſ ad conſtituendam Hypothecam feudalem, aut ſalva qualitate feudali ad alienandum ſufficiat? de domini

Quid ſi duo ſunt domini mediatuſ & immediatuſ. aut uniuſ denati domini directi plures hæredes, an omnium conſenſuſ opus?

mini superioris aut agnatorum, resolutio jure subinfeudantis, feudum recipientium præjudicio nequaquam agitur (e). Positio II, decisa legitur (f), si unius aut alterius condomini consensus non intervenerit, rata feudi alienati committitur.

(a) Ad partes vasalli pertinuit, domino adducere subvasallos in servitium vel militare vel honorarium. CHRIST. GOTTL. BUDER *progr. de vetusta orig. subfeudor. eorumque necessitate* § 3.

(b) II feud. 3. § 1. II feud. 9. II feud. 26. § ult. II feud. 34. § 2-4.

(c) SCHILTER *comment. ad Jus. feud. Alem. cap. 33.*

(d) Sic Electoralis palatinatus Rhenanus plurimos confert comitatus & regalia. De his alibi. De Ecclesia & Episcopatu Herbipolensi exemplum datum est supra § 21. not. lit. d.

(e) STROV. *lyn. Jur. feud. cap. 13. apbor. 2.* KOHL *de subfeud. cap. 4. n. 45.* IYTER *de feud. Imper. cap. 22. § 8. & verba fin. II feud. 9.* jus vetus referunt, quod corrigit II feud. 52.

(f) II feud. 38.

§. XXIV.

Ubi silent pacta investiturae, contractus feudalis ipse, nec laeditur jus vasalli, falsum est, dominum & vasallum ad paria teneri.

Quamvis contractum feudalem, ipsaque investiturae pacta sine consensu vasalli in hujus præjudicium immutare non possit dominus, illi tamen opinioni: *Dominus & Vasallus in regula ad paria tenentur*; & quo casu vasallus ob alienationem sine consensu domini factam feudo privatur, eo etiam casu dominus ob alienationem domini directi, proprietate sua destituitur ita, ut, quemadmodum in priore casu utile dominium consolidatur cum directo, in posteriore dominium directum accedat utili
five

five vasallo; non ad stipulamur (a). I, nulla est propositionis veritas; si universaliter vera esset, & dominus vasallo juramentum fidelitatis præstare, servitia vasallo suo exhibere, imo eodem, quo vasallus dominum (b), cultu, dominus vasallum revereri deberet; quæ tamen concedere nunquam ausi sunt adversarii (c). II, Dominium directum, tam allodiale, quam feudale, independens est a vasallo, & consequenter, quatenus id sit absque ullo vasalli præjudicio, sine ejus consensu potest alienari (d). III, Textus saltem ex jure longobardico, aut germanico ostendi non potest, proprietatem sine vasalli consensu alienatam eidem adjudicans, dominumque felonix reum statuens (e). Neque germanix id convenit: sunt feuda partes territorii, cum Republica unum totum potestativum constituunt (f). IV, Dominus non juravit vasallo fidelitatem; obligatio perfecta domini ex contractu feudali feudum præstando absolvitur, cætera, ni pacto investituræ addito determinentur, ad officia non perfecta referuntur (g). Ubi itaque dominium directum alienatur in dominum majoris aut saltem æqualis Ordinis vel dignitatis, vel si alienatur territorium, cui competit dominium directum, quia ejusdem territorii vasallus manet, ejus consensus non, sed novi domini denunciatio requiritur (h). Exigitur vero vasalli consensus, si directum dominium transeat in dominum conditionis inferioris, aut nulla est alienatio in præjudicium vasalli (i).

(a) Text. II feud. 6. II feud. 26. § domino. II feud. 47. probant nimium. I, Si stringeret, eadem puncta fidelitatis incolume, rurum,

E

hone-

honestum, utile, facile, possibile vasallo præstaret dominus. Quis daret feudum, beneficium, si dantem inter & accipientem obligationis non daretur disparitas? textus *II feud. 26. § domino* in verbis: „*ut ita dicam*“ agnoscit, quod *improprie & abusive* vox *felonia* de domino prædicetur, ex textu *II feud. 47.* constat, Longobardos non ejusdem opinionis fuisse: „Et QUIDAM dicunt, ex omni *felonia*, qua vasallus „ feudo privatur, & dominus proprietate privetur. ALII non nisi „ ex magna *felonia*. ALII ex nulla“ *II*, concludit KNICHEN *tract. de vest. pactis. part. 2. cap. 5. n. 269.* opinionem, qua vasallo addicitur directum dominium, *veluti periculofam, admodum; & parum tutam in defuetudinem abiisse.* *III*, *JUS FEUD. ALEM. cap. 68. 69.* positive contradicit. *Conf. SCHILTER comment. ad jus feud. Alem. cit. cap. & si omnia perpendamus, obligatio domini consistit in non lædendo vasallo, & protegendo feudi jura, sed hæc non est ex contractu feudali seu investitura.*

(b) *II feud. 23.*

(c) *BOGER de jur. domini & vasalli lib. 2. cap. 5. n. 20. KNIP. SCHILD de oblig. dom. erga vasall. quest. 1. n. 10. seqq.*

(d) *KOPP teutsch. Leh. Proben. part. 2. Abschn. 3. § 1-12.*

(e) *II feud. 34. § 1. II feud. 55. § 1. in fine. JUS FEUD. ALEM. cap. 89.* agunt quidem de hac alienatione, sed dominum *feloniae* reum non arguunt.

(f) *Laudat. KOPP cit. l. MOLINAEUS ad consuetud. parisiens. tit. 1. § 3. gloss. & domini præf. de vitio feudi male alienari &c. § 26 & 31.*

(g) *Confer. dissert. THOMASII de felonia domini per tot.*

(h) *Sic ann. 1301. Theodoricus junior Marchionatus Lusatiae Burchardo Archiepiscopo Magdeburgensi vendidit „ cum Ministeria „ libus, vasallis“ Fridericus comes Leiningensis partem castri veteris Leiningen cum vasallis, castrensibus vendidit ann. 1335. Balduino Archiepiscopo trevirensi. Ludovicus senior, & Ludovicus junior comites Oertingenses, & Landgravii Alfatiae ann. 1359. feudum inter Eckenbach & Sornam Joanni Episcopo Argentinenfî vendiderunt.*

Vid,

Vid. KOPF *cit. l.* § 6-11. SCHILTER *comment. ad j. feud. Alem. cap. 89. § 2.* passimque exempla leguntur Vassallorum, absque eorum consensu, alienatorum.

(i) SCHILTER *cit. l.* STRUV. *cit. l.* FLEISCHER *Inst. F. feud. cap. 18. § 25.* BOEHMER *prim. Jur. feud. § 20. ibique in notis a. b.* THOMAS. *de felon. Domini. § 33-35.*

§. XXV.

Fluit ex hucusque dictis & principio supra §. 3. posito Regula universalis I, *quotiescunque negotium de feudo susceptum, vel suscipiendum tale est, ut in eo versetur vel domini vel vassalli, agnatorum, aut simultanee investitorum præjudicium, toties requiritur eorum, quorum interest, consensus.* Fluit & opposita II, *qualecunque negotium nullius alterius jus lædit, illud etiam sine alterius consensu efficaciter geritur.* Ratio regularum lumine rationis evidens: sicut lex non potest permittere, ut juri alieno iniuria fiat, ita in idea domini concedit domino facultatem de suo disponendi, quousque ea fini a Republica intento non adversatur. Jam infer, vassallo itaque nec licet vendere, oppignorare, permutare, in dotem aut solutum dare, deterius reddere, per ultimam voluntatem in extraneum transferre; e contra pro vassallo infer, non licere domino, vassallum sine legitima & probata causa feudo privare, legem primæ investituræ pro lubitu mutare, vassallum in possessione vel fructuum perceptione turbare, servitia augere. Ex Reg. II consequitur, integrum esse vassallo, feudum *conductioni concedere*, iisdem conditionibus, æque habili *subfeudare*, tempestive, ac sine fraude *refutare*,

Quæ negotia
constituunt
objectum
consensus
feudalis?

de feudo conservando in sui solius præjudicium *transigere*, *compromittere*, prædii feudalis fructus sine ullius injuria *augere* (a).

(a) Exemplis pleni sunt libri feudorum. *I feud.* 8. *II feud.* 9. § 1. *II feud.* 13. 52. 55. & iterum *II feud.* 8. *princ.* & § 1. *II feud.* 9. *II feud.* 13. 17. 23. 38. THOMAS. *dissert. de caus. probib. Alienar.* § 31. De vasallo, sine domini, & agnatorum consensu agente, excipiente, *transigente*, *compromittente* agunt quidem *textus II feud.* 8 *princ.* *II feud.* 15. 25. 26. § 21. *II feud.* 34. 43. 46. Ast his actibus inest clausula: *salvo jure domini & successorum feudaliū.* Atque ita servatur in curia Imperiali. BOEHMER *princip. Jur. feud.* § 258. KOPP *Lebn-Proben part. 1. Obs.* 3.

§. XXVI.

Quid de transmutatione feudi in allodium? quid de consensu agnatorum domini?

Dominium directum est vel *allodiale*, vel *feudale*.

Si dominium directum utili accedat, hæc cessio vocatur *appropriatio feudi*, *transmutatio feudi* in allodium, & est *conjunctio domini directi cum utili in persona vasalli*. Fit hoc juxta communem scholam vel *præscriptione*, vel *refutatione*: *præscriptionem* hic non moramur (a). *Refutatio* vel *mutua conventione*, eaque vel *gratuita* vel *onerosa*, aut *invito vasallo* a domino peragitur (b). Si dominium directum sit *allodiale*, nullo fideicommissio, aut familiæ pactis restrictum, agnatorum domini consensus non desideratur: libera est domino de dominio directo vel inter vivos, vel mortis causa disponendi facultas. Si sit *feudale*, aut majorum providentia *inalienabile*, jam totius familiæ consensus adhibendus est, aut durat resignatio tantum ad dies vitæ, resignantis. Quid de acceptantis vasalli agnatis, aut simultanee investitis? Eorum consensus

sus est necessarius; præjudicium successioni, vel iuribus per pacta familiæ valide constitutis non licet non consentientibus inferre (c). IMMUNITAS ab oneribus a subdito præstandis, DIGNITAS, familiæ CONSERVATIO, feminarum a successione EXCLUSIO a qualitate feudi sæpe dependent, cum eaque in familiæ masculæ interitum hoc modo expirarent (d). Sola a qualitate feudali non dependentia manent salva. Subducta tamen jura potentissimus Rex Borussiae vassallis Marchiæ Brandenburgicæ Electoralis publico instrumento die 30 Junii 1717 promisit, dum pro quolibet equo feudali annuus canon 40 Imperialium præstandus, omnisque nexus feudalis solutio præpæcavit (e).

(a) Mentem de hac clarissime exposuit d. præf. in cit. DISSERT. de virio feudi male alienari tot. cap. II.

(b) „ Quia vassallus etiam sine voluntate domini recte feudum res, futare potest. “ II feud. 38. Cur id non liceat domino? an hunc contractus feudalis obligat fortius, ac vassallum?

(c) Quemadmodum vassallus feudum antiquum refutare non potest in præjudicium agnatorum II feud. 8. §. 1. Ita nec potest in allodium transmutare: ratio est eadem: ubique perit feudalis qualitas, & jus succedendi.

(d) GOTTL. GERH. TITIVS im teutschen Lehn-Recht 26 Hauptst. §. 18. D. PRAES. DISSERT. de feud. oblar. §. 6.

(e) Refertur dicta assicuratio in posterioribus compendiis feud. FLEISCHER. J. J. f. cap. 10. §. 39. MOSER lib. feud. cap. 14. §. 5. nor. 3. BOEHMER princ. Jur. feud. §. 369.

§. XXVII.

An in hac
mutatione,
vel etiam feudo manente
loco servitorum ob mu-
tatum bello-
rum, aularumque sta-
tum annua
pecunia im-
poni possit?
Rationes ne-
gantium.

Argumenta
asserantium.

Antecessit hujus instrumenti tractatus, & subsequuta est alia quæstio, quam generaliorem proponimus: *An dominus invito vasallo refutans, aut etiam feudo manente, ob mutatum bellorum, aularumque statum loco servitorum ob prædia præstandorum, iis conformem annuam pecuniam imponere possit?* Equites opposuere I hac ratione conditionem ipsorum contra contractum primum feudalem reddi deteriore: servitia militaria solo belli tempore, adeoque per integrum sæculum vel bis vel ter esse præstanda. II Hancque ipsam obligationem excusari si-
nifra valetudine, aliove justo impedimento, sed pensationem annuam, quovis anno solvendam, nec esse excusandam. III Sic prædia Equitum redigi ad sortem rusticorum. IV Equites non pecunia, sed operis, vita & sanguine mereri. V Vasallo ultra modum litteris clientaribus determinatum, onera imponi non posse, ex ipsa contractus lege, & justitia patere. Neque VI ullo in jure legi, aliud pro alio invitis debitoribus posse injungi (b). Verum his hodie non obstantibus adfirmativa veritatis pondere nos movet: I jam legimus apud veteres, quod Baro, ad servitium feudale obstrictus favore publicæ utilitatis cogi possit, ut serviat in pecunia (c). II Legimus, fuisse romanis usitatum equorum præstationem ad militares usus, atque in horum locum pro ratione publicæ necessitatis certam pecuniæ quantitatem provincialibus indictam fuisse (d).
III Jam

III Jam Carolum M. vafallos, non habita ratione ætatis vel morbi, actu non militantes coegiffe, ut quinque denarios ANNUOS ex quovis frumenti modio solverent, atque ex iis ærarium constituisse, & vocasse KOENIGSTEUER refertur (e). Quem fugit, IV olim tertiam fructuum illius anni, quo serviendum erat, HOSTENDTIARUM nomine in terra teutonica, imo ex lege Imperat. Friderici dimidiam proventuum feudi unius anni eo nomine domino præstandam sub pœna privationis definiri (f)? Quem latet, V olim imperatores communem rationem imponendorum onerum pro modo scilicet facultatum secutos esse? Quis ignorat, hodiernos Imperatores in expeditionibus comitali statuum consensu decretis, atque ita Imperii nomine suscipiendis, vel secundum communem denarium vel modum veteris illius romanæ expeditionis ex eodem consensu Imperii statuum pecuniariam statuere collationem? Constat ex his, rationes negantium non subsistere! VI ea est hodie bellandi methodus, id armorum genus, ea desideratur militum copia, ut antiqua vasallorum servitia, rempublicam certissime perderent: bellicorum tormentorum tonitrua fulminibus suis loricam, arcum, hastam, lanceam, scutum & clypeum ante devorant, quam aciem contingant, & si contingerent, globoram, globulorumque depluentes cataractæ, contactus sclopetorum verutis finitorum vafallos demergunt; valla, munimenta antiquis arietibus non cedunt (h). VII Nec duplicatus antiquorum militum numerus gregarium ho-

die

die militem ex plebeja conditione lectum terret: pulvis nitratus, quo utitur miles ex plebe, idem omnino operatur, quod ille, quo utitur nobilis, Illustrisque. Loco veterum militum regna, respUBLICÆ militem stipendiarium legere, perpetuis, magnisque sumptibus, & numero majorem, periculo nempe sufficientem copiam sustentare coguntur. In aula curiave principis qui merentur, ex aliis reipUBLICÆ redditibus sua, vassallis nihil contribuentibus, consequuntur. VIII Mutatum ita reipUBLICÆ statum jura ac instituta mutare, exigente non dispensanda reipUBLICÆ necessitate, nemo facile negabit. Neque IX, alia fuit, nec esse potuit mens olim instituentium, statuentium, ac prospicere reipUBLICÆ conservandæ & defendendæ, qui finis, si eo instituto, & jure ob temporum variabilem vicissitudinem non amplius possit habere, necessario aliud conservando fini nunquam variabili sufficiens medium principi conquirendum: hæc mutationes si prævidissent feudorum largitores domini directi, provinciæ principes, alia quoque pro aliis & aliis temporum differentiis decreturi fuisset, censendi sunt: gratis feudorum investituram facere noluerunt. X Si evolvamus annales, annum pacis profanæ 1495. præcedentes, invenimus, quolibet in principatu, comitatu vix non annua, & continua bella, diffinitiones, ita ut vassalli singulis vix non mensibus ad patriam defendendam, ad inique erepta iterum, iterumque recuperanda in armis esse debuerint, dum hodie perpetua pace utuntur. Non itaque hodie

hodie invita themide, in locum prioris temporis servitorum, certe si non impossibilium, saltem omnino inutilium, indeque non acceptandorum certa, justo principis arbitrio, audito etiam vasallo, determinanda, pecuniæ quantitas quot annis exigatur. Sed vera dixisse, sufficiat!

(a) Laud. Asscuratio § 6. ait: „Dass die von der Ritterschaft „ pro annuo canone künftig zu erlegendende 40 Thaler nicht anders, als „ ein purum surrogatum anstatt der sonst aufgebrauchten Ritterpferde, „ und geleisteten Lehens onerum considerirt werden können. “

(b) In eadem causa prodit scriptum: „ SINCERI VERIDICI Jur „ ridsche, und politische Betrachtungen zc. Ulm 1741. Confer. HOMMELS Academische Reden über MOSERS Buch *de jur. feud. cap. 14. § 1-5.*

(c) ROSENTHAL *de feud. cap. 3. conclus. 23. ex veteribus ita doct. DE COCCEI diff. de Adoba.*

(d) TOT. TIT. COD. THEODOS. *de oblatione & collatione equorum* TOT. TIT. *de stratoribus.* Ibiq.ue JACOB GOTHOFRED. *comment.*

(e) EX AVENTINI *lib. 4. referz. AND. KNICHEN de jur. terrir. cap. 3. n. 447. 448.*

(f) *II feud. 40. II feud. 55. § 1.*

(g) RADEV. *lib. 1. cap. 36. & DU FRESNE gloss. voc. arma apud MOSER lib. feud. cap. 3. § 3.*

(h) DISSERT. D. *praesid. de feudis castrensib. § 20.*

(i) ROTH *pand. feud. cap. 18. Quest. 27. & JOAN. HEUMANN Geist der Gesetze der Deutschen. cap. 18. § 4. circa finem.*

§. XXVIII.

Quid de rati-
habitione, &
quæstionibus
huc pertinen-
tibus?

Quibus in negotiis domini, Agnatorum consensus exigatur, dictum. An ratihabitione sufficiat? quæritur. Ratihabitione est actum subsequens ejusdem adprobatio: actum facit valere. Alienatio, oppignoratio ob jus vel domini, vel agnatorum, aut simultanee investorum nulla est: aut vera habet regula eaque universalis: cessat nullitas, si velit is, cujus favore statuta est (a); si approbet alienationem, hypothecæ constitutionem omnis is, cujus interest, cur non valeat? dum aliunde turpitudine in actu non est. Quemadmodum vero in adjudicanda hypothecæ judicialis prioritate non dies debiti contracti, sed impetratæ confirmationis spectatur (b), ita quoque hypotheca feudalis non a die debiti contracti, & initæ cum debitore conventionis, sed impetrati consensus domini, aut agnatorum initium sumit (c). Sponte nunc fluit corollarium: in concursu creditorum contra vassallum moto plures hypothecarii creditores, non juxta crediti, sed dati a domino vel agnatis consensus tempora sunt collocandi. Quid vero, si quis in emtionem feudi crediderit, & hypothecam sibi in feudo, hac pecunia emto, ignorante tamen domino, stipulatus sit, post aliquot autem annos & consensu in hypothecam aliis creditoribus constitutam a domino & agnatis dato, demum hic creditor queque impetret consensum, an prioribus præferendus? Ex eadem ratione negamus (d). Et quia dominus, exceptis casibus pacti in investitura expressi, notoriæ

torie feudi utilitatis, aut oneris feudo ex lege vel moribus coherentis, consentire non cogitur (e), potest prius rogantem differre, & posteriori creditori prius consensum & prærogativam concedere, locum posteriorem, priori imploranti indulgere. Quo facto, negatur, consensum hunc posteriorem agere retro ad diem, quo fuit petitus (f).

(a) Præter philosophiam naturalem & pleni sunt exemplis juris libri. l. 11. § 5. D. de action. empr-vend. l. 5. cod. de rescind. vend. l. 3. cod. comm. utriusque.

(b) l. 12. § 2. D. qui potior in pign.

(c) Omnis vis hypothecæ feudalis ex consensu domini & agnatorum pendet. II feud. 55. II feud. 39.

(d) L. 7. cod. qui potior. in pign. feudis ideo non vult applicari: non sufficit hic ad constituendam in præjudicium domini hypothecam consensus debitoris. Confer. CARPZOV. decis. 36. LEYSER specim. 231. med. 4.

(e) STRUV. Syn. Jur. feud. cap. 13. aphor. 12. n. b.

(f) Dissentit quidem LEYSER cit. spec. med. 5. ast disparitatem inter judicem ordinarium & dominum feudi ipse adsignat, quod ille secundum RICHTER de jur. & privileg. credit. cap. 4. sect. 2. n. 57. invitus hypothecam confirmare cogatur, indeque non possit consensum suum differendo nocere illi, qui prius & legitime imploravit, hic vero consensum suum etiam denegare possit. Et quomodo impugnat hanc disparitatem? silet. Confer. JUS FEUD. ALEM. cap. 21.

§. XXIX.

Consensu eorum, quorum interest, impetrato, valet dispositio vassalli de feudo, quæ alias non solum irrita, sed & pro re nata cum pœna privationis feudi esset

Effectus consensus feudalis, & quæstiones pertinentes.

F 2

con-

conjuncta. Jam in casu aperturæ feudi oppignorati dominus hypothecam agnoscere, & debetur, excusso alodio (a), solvere tenetur, nisi vis hypotheca vel jure, vel observantia speciali sic efformata sit, ut solutio debiti ex fructibus feudi tantum capi possit (b). Eadem est vis consensus agnatorum, ut in alienationem consentientes ad feudum amplius non habeant regressum (c). Quid si sit feudum in curte, nempe territorio (d), atque sic dominus feudi simul territorialis legislator, ex cujus lege hypotheca immobilium a judice rei sita, sit confirmanda, judex autem *salvo jure cujusque* confirmaverit, an obligatur princeps *ceu* dominus feudi? negative: forum jurisdictionis commune, non est curia feudalis; illud forum commune exercet quidem principis potestatem, & hoc sensu principis *qua talis*, non *qua domini* feudi, jure & mandato utitur; illa igitur confirmatio in dicasteriis Justitiæ facta, dominum feudi ex idea sua non obligat. Confirmationi inest clausula: *in quantum actus de jure valet* (e). Clamat communis feudistarum, consensum in curia feudali peti & dari debere (f): nulla alias, quod hoc feudale negotium magni momenti concernit, esset curia feudalis. Quid, si consensui ex curia feudali dato insit clausula *salve jure nostro*? Non obstat hypothecæ: id operatur clausula, ne qualitas feudalis ex subsequuta Hypothecam alienatione invertatur, sed ut feudum maneat, servitia præstentur, dominium decenter agnoscatur. Dic sodes! quid alias consensus creditoris, dominique intuitu operaretur?

(a) *II feud.*

(a) *II feud. 26. § 5.* sub hypotheca honorum generali feuda non continentur; & Dominus & agnati sub conditione, si allodium non sufficiat consentire censentur, atque ita *Novell. 4. cap. 2. Novell. 112. cap. 1. § 3.* obtinent. Conf. etiam *II feud. 45.*

(b) De feudis bohemiæ rescriptum habet LÜNIG *corp. Jur. feud. rom. 2. p. 210. GALL. lib. 1. obs. 117. n. 7.*

(c) *II feud. 26. § Titius.*

(d) *Diss. D. præsid. de feudo extra curt. pag. 3. circ. fin.*

(e) *LEYSER spec. 60. med. 1.*

(f) *LUD. BOEHMER princ. Jur. feud. § 269. FLEISCHER Inst. Jur. feud. cap. 18. § 15. STRUV. Synr. Jur. feud. cap. 13. apbor. 7. RHOD. paul. feud. cap. 19. Quæst. 10.*

§. XXX.

Ex hucusque dictis patet, consensum hunc vel domini vel agnatorum esse quandam juris, in favorem alienantis vel oppignorantis vasalli, vel creditoris abdicationem, renuntiationem; hæc autem in dubio contra antecedentem juris competentis certitudinem præsumi cum non possit, sequitur consensum domini, agnatorum strictissime explicandum, adeoque ultra casum expressum non esse extendendum. Sequelæ sunt. I, Dominus consentiens venditioni, non consentit in feudi oppignorationem: per hanc fit deterior domini conditio: feudo aperto dominus æs alienum illud, in quod non consentit, solvere cogitur; venditione consequitur dominus vasallum, contra quem in casu felonix ad privationem potest agere; non idem oppignoratione; vasallo debitore notoriæ felonix reo, dominus tamen solvere

Quomodo
consensus
feudalis ex-
plicandus?

quæ confe-
daria?

vere

vere cogitur, si consensus in venditionem, esset quoque consensus in oppignorationem. II, Si dominus consentit, ut feudum vendatur CAJO, vendi non potest TRITIO. Domino invito alius obtruderetur vasallus. III, Ubi dominus consentit, ut feudum oppignoretur Illustri MAEVIO, vasallus id non potest oppignorare JAVLENO ut ut æque illustri: priorem in casum casus voluit dominus vasallum, non posteriorem. Ast opponitur: hypotheca ad jura creditoris a nexu feudali immunita pertinet, in hæredes creditoris allodiales transit; sine domini & vasalli debitoris consensu alteri ceditur. Vera hæc sunt, si dominus *indefinite, generaliter*, non vero in certam, singulari ratione electam creditoris personam consenserit. IV, Obtinet hæc interpretatio in feudis etiam impropriis, si *mere & absolute* hæreditarium excipiatur. Ab una improprietate ad aliam non valet illatio. V, Consensus domini ad oppignorandum pro certa fortis quantitate, non est consensus ad vendendum: liberum esse debet domino, allodiis excussis, residuum solvere, & feudum retinere, si cliens illam fortem, cum eo forte, quod interest, præstare non possit. Fatemur quidem, creditori competere jus petendi distractionem feudi hypothecæ nexi, sed vasalle sine novo domini consensu illud vendere, & quemcunque emtorem domino obtrudere vasallum licere, quia dominus in hypothecam consentit, id pernegamus. VI, Cessat etiam consensus indefinitely datus cessante causa v. g. vasallus

fallus, domino volente, cautionem emtori allodii de præstanda evictione in prædio feudali præstitit. Cessat ille consensus, ubi emtor est munitus & tutus præscriptione. VII, Consensus domini & agnatorum ad certos annos v. c. ad triennium in hypothecam feudi datus, elapso hoc annorum numero finitus est: actus ultra voluntatem agentium non operantur; ultra consensum nemo obligatur, ad tempus concessa post tempus sunt revocata, nisi dominus hæc adjecerit, ut *elapsis illis annis, vel sibimetipsi, vel cui hoc permiserit, integrum sit reluere*, hæc enim clausula facit consensum durare, donec dominus vel ipse feudum liberet, aut alius ex domini consensu id redimat.

§. XXXI.

Id certum, jus semel legitime constitutum, adquiretum sine culpa nulli posse auferri, unde sequitur I, dominum consensum legitime interpositum non posse revocare. II, Neque hunc consensum vel morte domini, vasalli, vel creditoris expirare, sed ad hæredes jus enatum transire. III Et, si veniente solutionis die creditor statim urgeat, actionem persequatur, eidem non nocet, pendente judicio plures annos transire: sibi prospexit, moram non commisit. In manu creditoris est, debito tempore actionem instituere, non finire.

Consensus
feudalis vir-
tutes, & du-
ratio.

Homo!

Homo! supremi Domini Vasalle! capax servitiorum feudaliū in iustitia esto! fidem in prima gratiæ investitura, sancto baptismo, per procuratorem juratam constanter serva! propositionibus a Domino revelatis assensum præbe ob solam revelantis auctoritatem, non tuum opinari! cogita: *non longa res est vivere: finitur inchoando, vertente facto clepsydram, horrenda mors in olla.* Et quid tunc? directus dominus actus nostros examinat, fideles si non fuerimus, paradisi feudo privamur, estque infelix noster non finiendus

F I N I S.




COROLLARIA.

1. *Quid & quotuplex sit interpretatio, & quæ sint doctrinalis species & regulæ, interroganti exponam.*
2. *Cum libertas sit lege prior, in dubio legis favendum libertati.*
3. *Quia actus metu injusto gravi extortus patientem non obligat, nec eum stringunt sponsalia hoc metu extorta.*
4. *In principe agnoscenda omnis potestas, sine qua finis reipublicæ non haberetur; igitur & potest impedimenta matrimoniis statuere, quod adinet effectus Civiles.*
5. *Matrimonium etiam putativum ob bonam fidem unius partis legitimat prolem antea natam.*
6. *Non stringit hoc argumentum: emphyteuta emphyteusi in incio domino vendens & tradens privatur emphyteusi; igitur & alio titulo alienans & tradens.*
7. *Actiones reipersecutoriæ, etiamsi sint ex delicto sterili natæ, dantur hæredibus, & contra hæredes.*
8. *Juramentum voluntarium, si sit formale perjurium, facit causam posse retractari.*
9. *Adhuc hodie in contractibus innominatis habet locum jus pœnitendi, ni statutum obstet, transitque adeo in hæredes.*
10. *Secluso dolo, senatusconsultum Macedonianum absolvit filium familias in conscientia.*

II. Emptor



- 
11. *Emtor hereditatis gaudet jure accrescendi, non vero substitutione pupillari.*
 12. *Frequens est opinio: ad testamentum condendum requiruntur testes septem, ergo & ad revocandum, ego nego consequentiam.*
 13. *Stringit vero hoc argumentum: licet de substantia mutui coram testibus contracti, non sit scriptura, tamen ubi creditor consulto dilacerat, aut debitori reddit, mutuum destruxit, ergo etiam, licet de essentia testamenti nuncupativi non sit scriptura, ubi tamen in scripturam redactum, consulto dilacerat, testamentum videtur rupisse.*
 14. *Pupillariter substitutus non excludit matrem a legitima & inde natis juribus.*
 15. *Nec inter nepotes, vivente non ingrato filio, nec inter adoptivos, nec inter illegitimos valet dispositio patris ex privilegio.*
 16. *Codicilli nullas desiderant ordinationis solennitates, atque clausula codicillaris, ubi de contraria mente testantis non constat, omni testamento tacite inest.*
 17. *Omne debitum in origine est voluntarium; ergo in dubio debitor nunquam praesumitur, animo compensandi legasse.*
 18. *In fideicommissis familiarum, eorumque successione in dubio spectanda est proximitas cum ultimo fideicommissario.*
 19. *Creditor legitimae fideicommissio universali oneratus praeter legitimam & retinet trebellianicam.*



20. Si bona est hæc positio: uxor arrogatoris non succedit arrogato, quia ad esse filium nihil contulit; bona etiam hæc est: mater naturalis arrogati contulit ad esse filium; ergo una cum arrogatore succedit filio.
21. Nulla est hæc argumentatio: Nemo potest sibi auferre facultatem testandi; ergo non valet donatio omnium bonorum.
22. Nec valet hæc ratio: testamentum agnatione posthumi ruptum conualefcit jure prætorio, si posthumus ante testatorem iterum decedat; ergo & donatio agnatione facta revocabilis, fit irrevocabilis, nato ante donantem moriente.
23. Bene vero concludit hæc positio: donatio, non existente filio facta, per supernatum filium fit revocabilis, ergo & donatio, existente filio facta, per supernatos plures, aut etiam unum, fit revocabilis.
24. Cum scientia juris alieni non sit mala fides, debitor indefinite contracto debito sive actioni præscribit.
25. Bona fides est judicium excusans a peccato; ergo successor universalis præscribit, quod defunctus ob defectum hujus judicii præscribere non potuit.
26. Implicat, sententiam lædere jus litigatoris, quin ledatur jus constitutionis, & vice versa; infero; ergo ubi notoria est sententiæ iniquitas, semper nulla est sententia.
27. Jus creditoris notorie lædunt illi, qui volunt plures fidejussores correos una sententia condemnatos, in præjudicium creditoris tantum ut singulos pro rata teneri.

28. Usum



28. *Usum non habet divisio obligationis in naturalem tantum, & civilem tantum, sed omnis vera obligatio in republica est vel positive vel negative mixta.*
29. *Nulla est regula: fidejussor pro principe, fisco, civitate, aut debitore difficilis conventionis non gaudet excussionis beneficio, nec vera illa doctrina: fidejussor minoris simpliciter obligatur.*
30. *Mandans ante patratum delictum, mandatum revocans non tenetur, tenetur autem consulens, licet revocaverit.*






Heidelberg, Diss., 1739/93







DISSERTATIO
JURIDICO - INAUGURALIS
DE
CONSENSU FEUDALI

1782
2
10

QUAM
UNA CUM SELECTIS POSITIONIBUS
ADJUVANTE DIVINO NUMINE
IN
ALMA, & ANTIQUISSIMA ELECTORALI-PALATINA
UNIVERSITATE HEIDELBERGENSI

PRAESIDE
JOANNE THADDAEO MÜLLER,
U. J. D. SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI ELECTORIS PALATINI
CELSISSIMI REGIMINIS CONSILIARIO, EJUSDEMQUE
UNIVERSITATIS PROFESSORE PUBL. & ORD.,
CONSULTISSIMAE FACULTATIS H. T. DECANO

PRO LICENTIA
SUMMOS JURIS HONORES, AC PRIVILEGIA DOCTORALIA
CONSEQUENDI

AMICAE DISPUTATIONI SUBMITTIT
JOANNES ALOYSIUS SIMON ROELL
BIBERGAVIO-FRANCO-HERBIPOLITANUS,
IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI
AD DIEM XVIII JANUAR. ANNO R. S. MDCCLXXXII.

—————
TYPIS Joannis Baptist. WIESEN, Universitatis Typographi.